



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Ignatius Azeuedius cum Socijs 39.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

ipsâ odio fidei orthodoxæ ;
vt patet è narratione à Bul-
lonio Duce conscriptâ ; & è
calumnia ab hæreticis con-
flata per Lansinannum, cui
ob vitæ spem mentito, vitæ
promissæ loco mors illata
est. Philippus in loco sup-
plicij obiecta omnia falsa es-
se affirmavit, ac dixit se mo-
ri innoxium, & pro Catholi-
ca, Apostolicâ, Romana Ec-
clesia.

*P. Ignatius Azeuedius cum:
Socijs: 39.*

Illustri genere natus, in
Societate ad virtutis exerci-
tium toto die aliquâdo nihil
omninò locutus est. In dul-
ci suo silentio absortus palle-
bat ab assidua corporis affli-
ctatione, fluebatque in la-
chrymas pietatis. Imitandæ
Virginis Matris puritatis er-
gò,

*Lusitan^o
in mari
ad Palmã
insulã
Fortuna-
tam.
15 Iulij.
1570.*

*Silentis.
B.V.*

gò, vestem cilicinam candidam gestabat, idque ex voto
Mortific. Dei Matris reuerentiã nun-
Rosarium. cupato. Eboræ collo ener-
 gumeni rosarium Deiparæ
 iniecit; & pertinacem dæmo-
 nem, qui multos fatigârat, eie-
 cit. In puppi navis quâ in
 Brasiliam vehebatur cum so-
 cijs, altare erexit, illique Ro-
 mâ secum aduectam S. MA-
 RIÆ Maioris imaginem im-
Imago. posuit. Ad Palmam (quæ vna
 est Canariarum, seu Fortuna-
 tarum insularum) Piratæ hæ-
 retici in eum & socios irruê-
 re. Ignatius, arreptâ Dei Ma-
 tris effigie, socios cohortaba-
 tur ad vitam optimo Deo cõ-
Fides. secrandam Conclamavit So-
 ria hæreticus piratarum an-
 tesignanus, ad suos piratas;
 vt Iesuitas occidant: *hos enim
 ad profeminãda praua dogma-*

ra in Brasiliam proficisci. Ignatius in B. Virginis imaginis complexu conculcatus, capite saucius, lanceis confossus, Romanæ fidei veritatem cōtestatus, atque ut pro hac socij fortes occūberent omnes vnicè hortatus, vnà cum illa Deiparæ imagine cecidit. hanc illi è complexu cum auellere haud satis facilè possent furenter properantes heretici, eum seminecem in mare abiecere; vbi etiam corpus ab aquis se efferens, Deiparæ imaginem, mortuis quoq; brachijs adstrin-gebat.

B. V.

Benedictus Castrius.

Ibidem in Crucifixiamplexu se Catholicum clamans, tribus glandibus ictus è sclopo, cæsus, confossus, in aquas iniectus est.

atq. 28.

Soc. 9.

Crucifix.

Em-